

V C
4475



341



34,67.



ELIAE EHINGERI

Prognosticon super futuris rebus Germaniæ.
1694

S

E



PROGNOSTICUM THEOLOGICUM
PERPETUUM.

SUPER FUTURA PACE
GERMANIÆ.

D. MARTINUS BECANUS,
Soc. Jes. in quæstionibus miscellaneis,
de fide hæreticis servanda.

*Pag. 30. Nunquam ego asserui: Evangelicos, sed Cal-
vinistas esse hæreticos: nego autem Calvinistas esse
Evangelicos.*

ET:

EVANGELICI EXTIRPANDI NON SUNT.

Opera & studio

ELIÆ EHINGERI, Augustani.

NORIBERGÆ,

Typis JEREMIÆ DÜMLERI.

M. DC. XLIV.



BIBLIOTHEC
PONICKAVIANA

LIBER FUTURA PAGE
GERMANIA

D. MARTINUS BECANUS

EXACTIO EXTERIORI NON SUNT

LIBER FUTURE PAGE

M. DC. XLIV



**AN, ET QUOMODO PAX STABILIS
& invariabilis in Germania constitui possit?**

I.

ANDREAS BRUNNER.

In excubiis tutelaribus pag. 548. Vocat Autonomiam, *Monachii*
In novum ad Tartara ostium aperire. 1637.

II.

ADAM TANNER.

In Amuleto castrensi fol. 78. inquit, Majestatis literæ si concessæ fuissent nunquam, nunquam etiam de interpretatione ac sententia extitisset quæstio, nulla de fide querela, nulla seditio. *Ingolstadt.*
1620.

III.

PAULUS LAYMAN.

In Theologia morali pag. 205. Libertas Religionis hæreticis permista, multoq; magis promissa, adeò perniciosa est saluti animarum, atq; cuivis Reipub: quippe que sine consensione fidei ac religionis, diu in pace consistere ac conservari non poterit, ut talis fidei libertas inter mala maxima Reipubl. numerari debeat; ideò Catholicis Principibus, rectè omnia considerantibus, & in DEUM confidentibus, ne facile malum aliquod gravius videri possit, libertatem exercitii religionis promittere, aut juramento confirmare liceat, præsertim cum ejusmodi pactio cum hæreticis inita, postea omninò servanda sit. *Monachii*
1630.

IV.

ADAMUS CONTZEN.

Politic. l. 9. c. 42. p. 42. art. 3. Concilium Tridentinum, *Colonia*
inquit, nisi approbetur, pax esse non potest. 1629.

X 2

V. **JOSE-**

V.

JOSEPHUS STEPHANUS.

In parænesi pag. 37. Conscientiæ libertas, est Ecclesiæ pernicies, & religionis interitus.

VI.

GUILIELMUS ROSSÆUS.

Antuerpia
1592.

De justâ Reipub. Christianæ in reges impios & hæreticos autoritate, pag. 482. suadere libertatem conscientiæ, est diabolicum dogma.

Pag. 239. Protestantium doctrina de sola fide, tollit DEI providentiam, & DEUM est: everfio Rerum publicarum.

pag. 254. tollit extremum judicium.

pag. 212. Protestantes tendunt ad Sadduceismum.

pag. 649. Bella subditorum contra reges hæreticos, DEO maximè probantur.

pag. 647. DEUS liberat omnes subditos, ab obedientiâ regis hæretici.

pag. 610. Lex DEI, armat subditos, contra regem hæreticum.

pag. 762. Iacobus Clemens (*Regicida*) singulare DEI organum.

VII.

JACOBUS SIMANCA.

Roma
1575.

Episcopus Pacensis, Hispanus, de Catholicis institutionibus ad præcavendas & extirpandas hæreses. De pænis-tit: 46 pag. 365. Ad pænam quoq; pertinet & hæreticorum odium, quod fides illis data, servanda non est. Nam si, tyrannis, piratis, ac cæteris servanda non est, longe minus hæreticis pertinacibus, qui occidunt animas.

Tit. 46. § 55. Pæna igitur ignis puniri debent hæretici, aut, si id fieri non possit, certè amandandi & expellendi sunt, bonis etiam publicatis. Quod legibus Gothorum



thorum, jam olim in Hispania cautum fuisse legimus: confiscabantur enim hæreticorum bona, & honore ac dignitatibus exuti, perpetuò exulabant; nec enim ulla communio catholicis esse debet, cum impiis & hæreticis, ut sæpissimè diximus. Unde fit, ut omnia commercia sint hæreticis interdicta, nec eorum contractus, aut voluntates ultimæ, nec alia eorum acta rata sint, nec ex testamento alterius quidpiam accipere queant, &c.

§. 58. Hæretici, iudices esse non possunt, quia infames sunt, & excommunicati, & omni dominio, & jurisdictione privati.

§. 73. Quin etiam Catholica uxor, hæretico viro debitum reddere non tenetur. pag. 371.

Tit. 46. §. 41. pag. 362. Testis, religiosissima Hispania, cujus plebs inquieta, avidaq; est in novas res, ut ait Livius, & effrænata libertatis cupida esse solet, & quæ, nisi paret, imperat: attamen hoc præsentis remedio quiescit, & catholicam fidem puram ab hæresibus servat, quod sanè ad egregiam Hispaniæ laudem pertinet: quæ, ut Vafæus inquit, sicut opulentia, bellica virtute imperii amplitudine, reliquas omnes provincias, vel superat, vel certe æquat: religionis antiquitate, & veræ fidei cultu, nulli omninò priores partes concedit. Fuit profectò Hispania, Christianæ religionis semper observantissima, & fidem catholicam, qua semel imbuta, sincerissime usq; coluit, hæreticis infestissima. Quotquot sunt in Hispania, de rebus fidei COGNITORES, ea fide religionem officii servant, ea integritate ac vigilantia, ut nemo quisquam hiscere contra sacrosancta Ecclesiæ statuta quidquam audeat. Alibi forsan impie facere non licebit: in Hispania non loqui quidem, nisi piè, conceditur; alibi errores forte jam nati extirpantur,

pantur, in Hispania, ipsa etiam errorum semina, ante-
quam pullulent, opprimuntur.

VIII.

LAURENTIUS FORER.

Dillinga.

In Symbolo Lutherano pag 49 Fateor inquit, ex
Catholicis esse quosdam, qui hæreticis etiam adhuc lo-
cum in Ecclesia relinquunt: sed nimis erga illos sunt be-
nigni, QUIBUS, NE FORAMEN MURIS IBI RE-
LINQUENDUM EST.

IX.

Der Zungen Schliker.

Dillinga.
1629.

Pag. 66. Darumb so ist der Lutherisch Glaub der Ismael,
deme nicht zu gestatten/das er dem Isaac, das ist / den Ca-
tholischen Glauben/als den rechten Erb der Kaysersl. Kron
verspotten vnd verhöhen wolle/sonst wird es heißen: ejice
ancillam, & filium ejus, hinaus mit der Magd/vnd ihres
Sohn.

X.

Lenz geht ins Nehl.

Straubing
1631.

Durch Georg Ernst / Domprediger zu Regensburg
pag. 192. Allein nimbt mich wunder/das der Lenz über das
mit seines Lippen Apologi noch darff auffziehen / welche
doch von ihrer Kays. Maj. auch so gar nicht approbirt, vñ
billich also von den Catholischen Doctoribus allezeit vera-
worffen worden/mit dem ganken Concordi Buch/ welche
gleichsam in dem Römischen Reich/nicht eine Been groß/
den Fuß zu setzen/ gewalt vnd erlaubnuß von ihr Kaysersl.
Majest. hat. Obstat ei exceptio rei judicatae, quæ pro
veritate accipitur. Regula 208.

XI.

MARQUARDUS LEO

Regensburg
1629.

FRANCISCANUS, in seinem Catechismo fol. 42. Die
selbst erste Confessio, wie sie Kaysers Carl in scriptis übers
geben

geben worden/ist niemals in Druck formen/sondern darfür
des Philippi vnd anderer Prædicanten, &c.

XII.

APOLOGIA AUCTIOR

Pro Societ. Jesu. cap. 4. p. 35. Ad alterum quod attinet,
non ita quidem nos universim ac indistinctè, omnes
eos pronunciamus hæreticos, qui Romanæ Ecclesiæ
non obtemperant, &c: quibus casibus eos, qui Romanæ
Ecclesiæ non obtemperant, inobedientes quidem, sub-
inde etiam Schismaticos, sed hæreticos **MINIME**
PRONUNCIAMUS.

XIII.

MOLZHEIMENSES

Panegyri. l. 4 c. 2. p. 216. Et sumus quidem ita, in Rem-
pub. animati, ut si ab nostro abitu, Salutem & incolu-
mitatem imperii pendere cerneremus, operamq; no-
stram in fide catholica tuenda, vel supervacaneam, vel
non necessariam arbitraremur, sponte nostra, lubentis-
simis animis, de Germania in ultimas usq; terras, ad eos,
qui alio à nobis orbe disiti sunt, comigraremus; quin
si pax, si Concordia, si fides, fideiq; unitas, morte nostra
redimi posset, sanguinem prius & vitam daremus, quam
quidquam per nos, Patriam, detrimenti accipere pate-
remur.

XIV.

CASPAR SCIOPIUS.

In classico sacro pag. 19. Eodem prorsus modo ini-
quissimum est, Lutheranos, Catholicorum terras te-
nere: & jure Tu, Cæsar, auditum facies fremitum prælii,
ac Witebergam in tumulum dissipabis, igneq; succen-
des, possidebuntq; Catholici, ac subditiōem suam re-
digent eos, qui se prius possederunt, & Lutheranismus
in transmigrationem ducetur, sive ex Germania exter-
minabitur, Prædicantes ejus, & principes ejus **SIMUL.**

Ticini
1619.

F I N I S.

QK9
4475

VD17




ULB Halle

3

004 807 480








In paræ
sua pernicies

Antuerpia
1592.
De just
reticos auto
entia, est dia
Pag. 239.

DE
run
pag. 254
pag. 212
pag. 64
COS
pag. 647
die
pag. 610
ret
pag 76
Di

Roma
1575.
Episco
tutionibus
pænis-tit:
reticorum
est. Nam
est, longe
animas.
Tit. 46
tici, aut, si
lendi sunt,



Eccle-

s & hæ-
consci-
e, tollit
rsio Re-

ismum,
hæreti-

ab obe-

gem hæ-
ngulare

cis insti-
eses. De
et & hæ-
nda non
nda non
occidunt

nt hære-
& expel-
ibus Go-
thorum

